

Cambridge University Press

978-1-108-04697-8 - Chronicon Abbatiae de Evesham ad Annum 1418

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

CHRONICON ABBATIÆ DE EVEESHAM.

Incipit Prologus in Vitam beati Egwini Episcopi et Confessoris, et de Miraculis quæ Deus per eum dum hac mutabili luce adhuc frueretur operari dignatus est, editus a Dominico Priore Evešhamice.

DIVINORUM series et altitudo mysteriorum, quanto sæpius recitatur, attentius auditur, diligentius consideratur, tanto audientis animus auditu expavescit, admiratione obstupescit, magnitudinis consideratione evanescit; unde Psalmista, Accedet homo ad cor altum, et Ps. lxiv. 6. exaltabitur Deus. Quanto enim homo accedere et accedendo ascendere ad Deum nititur, tanto Deus exaltari et exaltando elongari conspicitur. Nam quum sævus furor Chaldaici regis tres illos ex Judea gente pueros in fornacem misisset, ipsamque fornacem pice ac cæteris ignium fomentis succendi omnimodis elaborasset, quanta divinæ fuit eminentia gloriæ quod illi per flamas illæsi deambulabant, hymnum Deo canebant, tamque morosa et ordinata suppuratione universa Dei opera ad Ipsius laudem provocabant! Ipsa tyranni rabies id contuendo exterrita pertimuit. Denique alias ejusdem imperii tyrannus quum Danielem in lacum leonum misisset, et ipsos leones longa dierum inedia sævientes in ipsam pæne rabiem convertisset, quanta virtus divina emicuit, quod leones, fame prorsus addicti, coram se virum expositum videbant et nullo eum morsu attingere audebant! Ipse tyrannus id condigna extollens admiratione, in vocem laudis atque confessionis potentiae supernæ erupit. Quemadmodum vero sub temporibus legis, quæ sicut ait Apostolus, iram operabatur,

Rom. iv.
15. terroris et comminationis Deus exercebat judicia, ita
sub temporibus gratiæ tanquam filiis suis suæ benigni-
tatis evidentiora demonstrat indicia. Quanta enim
gratia quod supra pectus tantæ majestatis, ipsius
scilicet Omnipotentiæ, discipulus tanquam in sinu
matris recumbebat! Merito humana debilitas ad tantæ
Habak. iii.
2. magnitudinem virtutis exclamat, Domine, audivi au-
ditum tuum, et timui; consideravi opera tua et
expavi. Nec solum in anterioribus, verum et modernis
temporibus multa et multum præclara dignationis suæ
circa nos Deus aliquando præbet insignia. Diverso
quippe temporum successu tanquam diversis noctium
horis per orbem sidera producit, viros equidem reli-
gione approbatos, scientia præclaros, sermonis facundia
et dignitate adornatos, signorumque magnificentia
ubique admirandos, quibus nulla hæreticorum versutia,
nulla Stoïcorum, nulla Academicorum, nulla denique
philosophorum contraire potest astutia. Sicut enim
sol aureus suo exortu universa noctis nubila exturbat,
ita veritas per eos ubique falsitatis machinamenta
subvertit et dissipat. Inter quos, memoria nostra,
velut sidus conspicuum exortum est in Britanniæ par-
tibus, sub regibus Merciorum Ædelredo et Kenredo,
beatus vir Egwinus, cuius actibus digne scribendis ipse
vix sufficeret, si adesset, Homerus. Quantus proinde
ego qui ejus vitam scribere præsumo? Longe prorsus
infra pedes aliorum positus, et digne illius excellen-
tiā stylo commendare omnino impotens atque nescius.
Verum si per me vita illius aliis utcumque innotescit,
obtinenda est venia, quoniam in templo Dei sunt phialæ,
2 Tim. ii.
20. sunt et cyathi. Eorum itaque auctoritate coactus et
oratione adjutus quorum præceptioni me parere et
morem gerere expedit, Deo opitulante, conabor pro
viribus meis describere quis ille vir fuerit tantus, quo
stemmate sanguinis ortus, quos habuit mores, demum
quos edidit actus.

Explicit Prologus.

Cambridge University Press

978-1-108-04697-8 - Chronicon Abbatiae de Evesham ad Annum 1418

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

Incipit Liber Primus de Vita Sancti Egwini Episcopi et Confessoris, et Miraculis quæ Deus per eum dum hac mutabili luce frueretur operari dignatus est, abbreviatus a Thoma priore Eveshamiæ.

LECTIO I.

TEMPORIBUS regum Ethelredi atque Kenredi, qui Merciorum regimen obtinuerunt, in territorio Wigornensi extitit religiosus vir cui nomen erat Egwinus, regali ex prosapia ortus. Qui postquam adolescentiæ tempus transegit, gratiam Dei multam obtinuit, illustratione veri luminis et Sancti Spiritus aspiratione irradiatus, sicut bonorum actuum¹ subsequens comprobavit effectus. Quantum enim in eo crescebat successus temporis, tantum excrescebat totius intentio et studium probitatis. Assiduus erat in lectione, cordis sui agrum pervigili excolebat sollicitudine, avellendo quæ nociva noscebat² et inserendo quæ salubria esse dinoscebat. Justus, fortis, constans et prudens, cuique quod suum est exhibere satagebat, ratione considerata labores et pericula non segniter suscipiebat perseverantemque in eis animi tolerantiam ferebat, ac rerum singularum fines diligentissime attendebat. Unde omnia opera sua verendo, juxta illud beati Job, Verebar omnia opera Job ix. 28. mea, sciens quia non parceret delinquenti, ad exequenda Dei mandata pium ac mite cor gerebat; in exterioribus quidem causis sciens ac discretus, fortis et ad omnia consideratus, in divinis autem intelligentia præditus, sapientia plurimum excellebat. Igitur postposita secularis fastus ambitione et bonorum temporalium jocunditate, paupertatem voluntariam propter Deum appetivit, et ecclesiastico cultui divinisque officiis se

¹ *actuum*] *acetuum*, MS.² *noscebat*], *nocebat*, MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04697-8 - Chronicon Abbatiae de Evesham ad Annum 1418

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

A.D. c.690. omnino mancipavit. Per singulos itaque ordinis ecclesiastici gradus ad sacerdotium usque proiectus, mox totam vitam suam ita in contemplationem divinam convertit quatenus in activa conversatione Deum præ oculis semper haberet, illius recordatus quod Scriptura dicit, Timenti Deum bene erit in extremis.

Eccl. i.
13.

LECTIO II.

Egwin appointed cleris, petit populus, beatum virum pro sanctitatis merito ad episcopalem dignitatem sublimandum. Igitur, licet multum reluctans diuque renitens, eligitur ab omni clero in episcopum, rogantibus primoribus et principibus Ethelredi regis Merciorum, quo concedente, immo etiam plurimum cogente, primate etiam Britanniae consentiente et confirmante, ad episcopatum præfatae urbis cum canticis et hymnis assumptus est. Positus igitur in pontificio, statim Divini Verbi factus est inclitus prædicator, bonisque exinde actibus omni conamine operam dedit, tanto humilior quanto altiori sublimatus erat officio. Pater orphanorum, sustentator viduarum, justus judex oppressorum et consolator erat desolatorum; unde carus Deo et hominibus effectus est. Beatus itaque Egwinus, supra firmam petram fundatus, armis divinis accinctus, doctrinis cœlestibus imbutus, potenter eos redarguebat qui sanæ fidei resistebant, leniter vero eos demulcebat qui suavi jugo Christi obediendo colla subdeabant. Pravis erat sermo ejus quasi stimulus, mansuetis vero quasi oleum. Fortibus erat durus, humilibus erat mitis et mansuetus. Fortissimus itaque veritatis assertor, vir Dei, populos noviter conversos et gentilitatis plurimum adhuc sapientes et errore antiquo in multis deceptos illicitisque connubiis contra Christianam sectam involutos a faucibus diaboli abstrahere cupiens, atque ab errore paterni delicti et

Cambridge University Press

978-1-108-04697-8 - Chronicon Abbatiae de Evesham ad Annum 1418

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

CHRONICON ABBATIE DE EVESHAM.

5

ab squalore vetustæ gentilitatis convertere desiderans, A.D. 692-
 sæpe luculenter quidem de talibus vitiis ad eos locutus c. 700.
 est. Quumque esset mitissimus ut Moyses, zelatus est
 legem Domini ut Phinees, tremendi judicii et sempi-
 ternorum tormentorum crebris tonitruis retundens la-
 pidea corda, arguens, obsecrans, increpans, in omni 2 Tim. iv.
 patientia et doctrina, instans opportunitate opportuna.²

LECTIO III.

Verum quia insanabilibus morbis plerumque officit medicina et ratione obvia augetur insania, ab invidis et persecutoribus Christianæ religionis sæva tempestas contra sanctu... Domini excitatur, et veritatis inimici in veritatis assertorem seditiosa peste grassantur et in ejus angelicam vitam falsis figmentis armantur; unde ei Dominica voce beatitudo potius cumuletur: Beati, inquit, qui persecutionem patiuntur propter jus- St. Matt. v. titiam. Vulgus enim et populus, cuius vita et intentio 10. erat procliva ad malum omni tempore, videns sibi il- Expelled from his licita non licere, et assueta vitia relinquere oportere, see. unde proficere debuit inde contra athletam sanctum Dei in iram et odium et scandalum exarsit, eumque paulatim conjecturis et adinventionibus et rumoribus malis diffamans, inveterata simultate prodita, ab episcopatu eum expulit. Permisit potestas primatis, et admisit hoc excitatus contra eum livor regius. De eo nempe non solum apud regem delatio, sed etiam apud Romanum antistitem¹ ab inimicis et insidiatoribus perlata fuerat accusatio. Tum vero athleta Domini evangelicis exemplis imbutus, quum se vidisset ad certamen vocari, pro salute errantis populi et pro annihilandis inimi-

¹ *antistitem*] *antististitem*, MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04697-8 - Chronicon Abbatiae de Evesham ad Annum 1418

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

A.D.c.700. corum figmentis ad apostolicam sedem intrepidus ire disponit, exemplum Domini et Magistri sui sequens,
 St. John xviii. 4. Qui sciens omnia quæ ventura erant super Eum retronsum non abiit, nec faciem suam ab increpantibus avertit, sed processit, et quærerentibus hostibus ultro se tradidit.

LECTIO IV.

Goes to
Rome to
defend
himself.

Before
leaving
England,
he binds
his feet
with iron
fetters, and
casts the
key into
the river
Avon.

Beatus itaque Egwinus, quia jamdudum causa visitandi apostolos decreverat Romam ire, nunc Raphaele archangelo fretus comite, proficiscitur, et felix exul et penitens beatus supremam juris ecclesiastici sedem adiit. Et quamvis coram hominibus se immunem ab illatis sciret et confiteretur, tamen quia coram Deo peccatis se obnoxium esse non diffitebatur, neconon et pro peccatis plebis suæ errantis profecturus in superni arbitrii et Divini examinis judicio, pedes suos vinculis ferreis astrinxit quæ clavæ poterant firmari ac reserari, ipsamque clavem in fluvium Avenæ projecit. Vinctus igitur servus Jesu Christi Domini nostri Ecgwinus, æmulatus Petrum fluctus calcantem et Paulum in vinculis gloriantem, tanta difficultate tantisque laboribus pervenit ad apostolicam urbem de vinculis apostolicis gloriantem.¹ O fortissimum victorem laborum, O contemptorem humanarum exprobationum, O hominem angelis et hominibus admirandum, et tot populis et gentibus spectaculum factum! O virum cunctis imitabilem, nec terroribus concussum, nec blandimentis seductum, nec laboribus vic-

¹ “Sanctus quoque Egwinus Romam proiectus est vinculatus compedibus. Campanæ urbis, ut fertur, in ejus adventu per se sonuerunt, secundum Chronic. Cistress., libro v. cap. 23.” [Marginal note in a later hand.] i. e. Polychronicon Ran. Higden, Cestrensis. Gale's Scriptores xv., p. 246.

Cambridge University Press

978-1-108-04697-8 - Chronicon Abbatiae de Evesham ad Annum 1418

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

CHRONICON ABBATIÆ DE EVEHAM.

7

tum, qui inter corporis sui pressuras et abjectiones nec A.D. c.700.
mundanas laudes captavit nec aspectus hominum re-
cusavit !

LECTIO V.

Denique ferro vinctis pedibus Romam ingreditur, et, quod maxime quæsiverat, in ecclesia beati Petri apostolorum principis, ad orationem prosternitur. Quod dum vir sanctus vigilanti cura peragit, omnipotens Deus pro servo suo vigilare non desistit. Interim namque famuli ejus pro cibis emendis ad flumen pergunt, quibus venditores pisces offerunt, quo empto et asportato et ex more condiendi exenterato, omnipotentis Dei magnificentia compedium claviculam quibus vir sanctus pedes suos astrinxerat in visceribus¹ piscis inveniunt, ferrumque quod Anglicus fluvius absorbuerat, Romanus Tiberis exhalat. Pro antiquo igitur statere piscantis Petri, coram multis redditur clavicularia famulo Christi, qua se sciret solvendum gratia ipsius coelestis clavigeri. Intelligens igitur vir Dei peregrinationi assumptæ inesse fructum et optatæ exauditionis effectum, per omnia voluntati Dei se subjiciens, coram cunctis clavem accepit et vincula quibus astringebatur reseravit. Tanta miraculi novitas in omnes erupit, Romam implet. Qui miserabilis ac noxius putabatur, sanctus et venerabilis comprobatur. Quis illum videre non certabat? Quis ab eo benedici non festinabat? Ipse etiam venerandus papa Constantinus, cognito sancti viri adventu et solutionis compedium miraculo prælibato, auditis etiam laboribus ejus et angustiis in itinere perpessis, illum ad se venire fecit, by the volentem sibi prosterni digna reverentia detinuit, et quem auctoritate apostolica benedixit propter sanctitatis meritum ab eo benedictionem suscepit.

The key is
found in
the belly
of a fish
caught in
the Tiber.

¹ *visceribus*] *viceribus*, MS.

Cambridge University Press

978-1-108-04697-8 - Chronicon Abbatiae de Evesham ad Annum 1418

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

LECTIO VI.

A.D. c.700. Condigna itaque a pontifice Romano beatus Ecgwinus exceptus honorificentia, ad celebrandum ante illum missarum solemnia, et ad ejus singulare colloquium et consilium frequenter acciebatur et gratiose audiebatur. Non enim erat sermo ejus fatuus vel inutilis, sed sale spirituali conditus; sanæ fidei doctrinam et Christianæ moralitatis formam sapiebat. Paterno ille hunc affectu amplectebatur; hic per omnia illi debita reverentia subditus obsequebatur. Tandem controversiæ suæ et itineris causa coram ipso Christianitatis summo judice recitata et omnimoda ventilatione examinata et ad votum diffinita, cum apostolica benedictione et literis apostolica consignatis auctoritate, in quibus magnorum dignitas privilegiorum continebatur, cum gloria triumphi ad propriam sedem remeavit in Angliam. Ubi vero nuntii de illius reditu ad regis audientiam pervenerunt, auditis miraculis quæ Deus per servum suum dignatus est operari, plurimum gratulatus jocunda illum suscepit exultatione, et auctoritate apostolica a Britanniarum primate restitutus est in propria sede. Quo in cathedra pontificali restituto, sicut lux orta est justis et rectis corde letitia, sic obstructum est os loquentium iniqua, et omnis iniquitas oppilavit os suum. Sic [ut] dicit Scriptura, Quum justus resurget, impius emoritur; sic adversarii ejus aut confunduntur aut convertuntur. In ampliorem igitur a rege susceptus amoris gratiam et familiaritatem specialem, ex amico amicissimus, ex familiari familiarissimus apud regem effectus, quæ volebat apud eum facile obtinebat.

He returns
to England
and is re-
stored to
his see.

Ps. xcviij.
11 ; lxiii.
11 ; cvii.
42.
[Prov.
xxiv. 16?] Received
into new
favour by
King
Ethelred.

Egwin ob-
tains from
Ethelred
the place

Iisdem sane temporibus locus erat in territorio Wigornensi dumis ac vepribus condensis incultus, qui a modernis Eveshamia appellatur, tunc vero temporis

LECTIO VII.

Cambridge University Press

978-1-108-04697-8 - Chronicon Abbatiae de Evesham ad Annum 1418

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

CHRONICON ABBATIÆ DE EVEHAM.

9

Hethomme nuncupabatur. Hunc vir Dei concupiverat, (called He-
 quia ibi clavem in aquam projecerat; et a rege Mercio-^{thomme)} where he
 rum Æthelredo expetiit ac obtinuit, in quo pastores gre-^{cast the}
 gum ad victualia servorum Dei nutrienda constituit. ^{key into} the Avon.
 Ex quibus unus Eoues nomine plura portenta et signa
 in eodem loco saepe cernens, quadam die vidit ibidem ^{Vision}
 virginem præclarissimam ipsius solis fulgorem sui splen-^{seen there}
 dore devincentem, librum in manibus tenentem, et cum ^{one of the}
 aliis duabus virginibus cœlestia cantica psallentem. ^{King's} A.D. 702
 Quod quum idem pastor domino suo beato Ecgwino in-^{herdsman.}
 timasset, vir Domini rem tacitus considerabat, et secum
 in animo revolvens Dominum Jesum Christum de sacra
 Virgine natum prius pastoribus gregum per angelum
 annuntiatum et eisdem in præsepi demonstratum, quod
 a parvo homine audierat non parvipendebat, sed per se
 ipsum, invocato Jesu Christi nomine cum jejuniis et
 precibus, id investigare studuit. Quadam igitur die,
 expletis nocturnis officiis et vigiliis, summo mane,
 adjunctis sibi tribus sociis, cum psalmodiis et precibus
 ad designatum locum nudus pedes pergit, eminusque
 relictis sociis ipse interius processit, diutiusque terræ
 accubans cum lachrymis et gemitu implorabat respectum
 misericordiæ Redemptoris, cum interventu Ipsius sanctæ
 Genitricis. Surgenti igitur illi ab oratione tres virgines ^{The same}
 non minoris splendoris et gloriæ quam prius apparuere, ^{vision of}
 quarum quæ media eminebat præcelsior omniq[ue] nitore ^{the B. Virgin}
 splendentior aliis præfulgebat, liliis candentior, rosis ^{seen by}
 vernantior, odore inæstimabili fragrantior, librum quoque
 manibus præferens et crucem aurea luce radiantem.
 Quumque cogitaret hanc Domini Genitricem esse, virgo ^{Egwin.}
 præcellentissima, quasi favens tam piæ æstimationi,
 adorantem prætensa quam tenebat cruce benedicit, et
 cum tali valefactione disparuit.

Cambridge University Press

978-1-108-04697-8 - Chronicon Abbatiae de Evesham ad Annum 1418

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

LECTIO VIII.

A.D. 703. Gavisus itaque vir sanctus super his, intellexit esse divinæ voluntatis ut locus ipse Dei cultibus conservaretur et propitiatiōni sacerdotum Ipsius beatæ Genitrici consecraretur. Voverat enim ab olim inter varias temptationum angustias, si Dominus prosperum faceret desiderium suum, ædificaturum se Domino templum; unde, modo nactus locum tanto indicio a beata Maria præelectum, Deo et ipsi Dei Genitrici ad solendum votum eundem deputavit locum. Ipsum igitur protinus emundavit, opus a Deo præsignatum inchoavit

et decenter ad finem perduxit, possessionibus etiam multis a regibus Angliæ impetratis eundem locum ditavit. Modico post hoc tempore, Kenredus rex Merciorum, anno videlicet quinto regni sui, et Offa rex Orientalium Saxonum, Romam ire pergentes, cœnobii quod construere cœperant auctorem beatum Ecgwinum et magnam itineris sui causam, veluti testem tam manifestæ ostensionis beatæ Virginis Mariæ, solum ejusdem itineris sibi acciverunt. Hunc vero laborem beatus Ecgwinus libens subiit, ut ecclesia quam exstruxerat a Romano pontifice omnimodam libertatem ab episcoporum subjectione obtineret.

Quod et ipse Kenredus rex, ad quem jus patronatus ejusdem ecclesiæ pertinebat, omnimodis procurabat. Igitur Romam amica itineris societate profecti, coram summo pontifice Constantino, qui tunc apostolicæ sedi præsidebat, causas itineris sui aperuerunt, et plurima de beneficiis suis regia libertate contulerunt in loco ostensæ visionis, immo manifestæ ostensionis beatæ Virginis, sicut ipse summus Pontifex in privilegio suo asserit, et de ipsa ostensione æque ita certum esse tenendum præcipit quemadmodum de beati Ecgwi bonitate non dubitavit. Ipsas vero donationes et beneficia granted to præfati reges in ipsorum privilegiis nominatim determinaverunt et apostolica auctoritate corroborari fece-

Egwin goes to Rome with the kings Cenred and Offa.
A.D. 709.

Privileges granted to Egwin's foundation.